

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XLII.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

ORACULUM SACRUM. XLII.

Job. XVII. 17.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Πάτερ, ἀγιάσον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου.
 ὁ λόγος ὁ σὸς ἀληθεῖα εἶ.

Versio vulgata Latina.

Pater, sanctifica eos in veritate tua.
 Sermo tuus veritas est.

Versio B. LUTHERI.

Vater/ heilige sie in deiner Wahr-
 heit/ dein Wort ist die Wahrheit.

N O T Æ.

1. Sermo tuus est veritas h. e. verisissimus. Nam sapius abstractum pro concreto, seu substantivum pro adjectivo cum insigni emphasi & energia ponitur. Hujus rei exempla vide apud B. Dn. D. Glasstium lib. II. Philol. sacre tract. I. can. 7.
2. Verum aliquid dicitur tripliciter *Metaphysicè, Physicè & Ethicè*. Metaphysicè verum est id, quod est conforme aut congruum intellectui divino, & quidem in cognoscendo & in-
 mensurando. Physicè verum opponitur omni quod vel planè non est vel vanum & instabile

Ethicè verum
 coarctat in p
 verum Dei d
 3. Ethicè
 4. Not
 fonte ema
 est, & veri
 fallitatem
 vere pote
 Arvet
 tas a Qua
 E. ne
 traditio
 Opp
 I. P
 toritate
 modis
 i. 14
 longè p
 stat
 cius in
 2. F
 vocifer
 Ethicè

ethicè verum est illud, quod & cum mente
convenit & præstat in promissis. Ita h. l.
verbum DEi dicitur veritas.

3. Est autem verbum DEi prima veritas *non
essentialis*, nam ita Deus est prima veritas, *sed
normalis*. Nam verbum DEi est regula & nor-
ma prima omnium credendorum & facien-
dorum.

4. Notatu dignus est Syllogismus qui ex hoc
fonte emanat ejusmodi: Quod simpliciter verū
est, & veritas ipsa *ἀδασπηνῶς*, id nec insinuare
falsitatem, nec ullam contradictionem invol-
vere potest.

At verbum DEi est simpliciter verum & veri-
tas *ἀδασπηνῶς*.

E. nec falsitatem insinuare nec ullam con-
tradictionem involvere potest.

Opponendus est hic Syllogismus.

I. PONTIFICIIS, qui verbi divini tum au-
toritatem, tum infallibilem veritatem variis
modis labefactare conantur. Nam

1. *testimonio scriptura testimonium Ecclesie
longè præferunt*, de quo tamen nondum con-
stat quod semper & ubiq; sit verum. Vid: Ec-
cius in Enchirid. de Ecclesia.

2. *Fontes esse corruptos non sine blasphemia
vociferantur*. Vid. Jacobus de Valentia Epi-

A a 3 sco-

scopus Christopholanus Præfat. in Psalmos. Melchior Canus lib. 2. Loc. Theol. c. 13. Lindanus lib. 1. de opt. genere Interp. cap. 1. Humfredus de ratione interpretandi p. 219. Gordonus Hüntlaus Jesuita, Scotus in Controv. Theol. Epitome Coloniae excusâ controv. 1. cap. 8. & seqq. ubi cõ usq; audaciæ & blasphemiam progreditur, ut providentiã divinã illam factam esse depravationem adferat, & ex Vulgata versione Latina textum Ebræum corrigendum esse & restituendum asserere non dubitet, quem errorem solide refellit B. Glasfy, Theologia sanctiorisq; Philologia Antistes famigeratissimus in Philolog. sacra lib. 1. tract. 1. quem librum omnibus Sacrosanctæ Theologiae Studiosis de meliori, quod ajunt, notã commendo.

3. *Scripturam Sacram esse dubiam contendunt.* Vid. Sotus in Defens. de uno præsent. iudice f. 1087. Imò fuerunt qui scribere non sunt veriti *Apostolos interdum errasse & dormitasse ut homines.* Vid. Pighius controv. 3. de Ecclesia.

II. *SOCINIANIS*, qui non solum, cum Pontificiis contendunt textum sacrae scripturae esse corruptum Vid. Socin. contra Wujek. p. 60 Enjedin. in Explic. Loc. p. 367. Schlicht. in comment. ad Ebr. p. 443. Catech. Racov. p. 84. ve-

ram etiam de
de per se h
tum eõ, qu
Socinus pa
quidem tra
eis sacra
nostra di
namo ven
oponimur
divinis et
sanctibus
sacra ver
per inust
esse.
scriptus
nemo
esse.
hæc scri
positi d
ei, qui
facile
probus
quid
ise in f
lib. de
moris

um etiam *ὑποτιμω* inficiantur scripturam sa-
 ram in omnibus his, quæ tradit esse *ὑποτιμω*
 per se fide dignam, ut credendum sit illis tan-
 tum eò, quòd in scripturis tradantur. Sic enim
 ocinus part. III. de Servatore disserit: Ego
 videm etiam si non semel, sed sepe id in monumen-
 usq; auctoris sacris scriptum extaret Christum pro peccatis
 ostis divina justitia satisfacisse, non IDCIRCO
 rationem etiam rem prorsus ita se habere crederem ut vos
 textum Epinamini. Ea, quæ fieri non posse aperiè constat,
 endum est in divinis etiam oraculis, ea facta esse in specie atte-
 lide refelluntur, quibus nequaquam admittenda esse, & idcirco
 ilologia sacra verba in laicum sensum, quam ipsa sonant,
 sacra liber inusitatos etiam tropos quandoq; explicanda
 osantia Thesè. Et lib. de Autor. Scripturæ p. 80. de
 scriptis N. T. negat quod ea ejusmodi sint ut
 esse delu-
 n. de uno
 nt qui scri-
 dum errant
 phius com-
 non salu-
 rum sacra
 n. contra W
 167. Schick-
 ch. Racoj

in prælect. sacr. p. 79, ut & Autor amica disput. adv. Judæos resp. ad quæst. XXI, p. 109, no. A quibus tamen hac in parte rectè discedit, Volckel. lib. VI. de Vera Relig. c. IX, p. 651.

III. REMONSTRANTIBUS, qui Socini vitulâ arant existimantes errare eos, qui ejusmodi argumenta postulant, quæ unicuique ejus rei certam & indubitatam fidem faciant, ut hoc ipsis exprobrant Leidenses Profesores Censura præfat. in Confess. num. 33.

IV. CALVINIANIS, quibus *verbum Dei non est verbum immote veritatis*. Hinc Beza in part. 1. Resp. ad Acta Colloq. Mompelgart p. 173. affirmat, *Celari interdum à Deo aliquid ei, quod in verbo patet, repugnans*. Et piscator in Disp. contra Schafm. scribit: *Deum interdum significare verbum se velle quod revera non vult, aut nolle quod revera vult*. Et in Resp. ad Apol. Bertii p. 140. existimant *absurdum non esse DEum interdum falsum loqui*. Quæ verba Calvinianorum Doctorum esse non diffitetur Wendelinus, & tamen ea variis glossis emollire conatur in Prolegom. Christ. Theol. c. II. thes. 5.

V. ANABAPTISTIS, *Svenckfeldianis & Wigelianis qui immotam verbi divini veritatem relinquentes ad vana somnia raptus & immediatas revelaciones confugiunt.*

§. Eloco

5. E loco præsentia ita colligimus: DEus est veritas & verbum ipsius est veritas. E. etiam unam tantum intendit veritatem, quum plus unò verum esse non possit, & verum & unum convertantur. Quod notandum 1. contra nonnullos Calvinianos, existimantes in verbis cana vocem Christi præceptivam EDITE duplicem habere sensum & significationem, alteram ut denotet manducationem oralem, alteram verò ut noxet manducationem spiritualem. Vid. Goel. part. I. Miscellan. p. III. Bucan. Loc. 48.

2. contra Pontificios adserentes unius scriptura loci textusve plures quandoq; esse sensus literales. Quem errorem pluribus perfringit & solide refellit B. Glasf. Phil. Sacr. lib. II. part. 1, tract. 2. sect. 1. artic. 3. can. 2. p. 265. quò lectorem brevitate studio remitto & nunc addo

SENTENTIAM PATRUM

De sacrae scripturae autoritate & immota veritate.

Scriptura divinitus inspirata arbiter apud nos constituatur, & apud quos inventa fuerunt dogmata divinis sermonibus concordantia, illis omninò veritatis suffragium accedat, *Basiliius Epist. XC. ad Eustat.*

Quæ autoritas literarum aperiri, qui sa-

cer liber evolvi, quod documentum cujuslibet scripturæ ad convincendos errores exeri potest, si hæc vox admittatur scripturas esse corruptas, *August. lib. II. contra Faust. Manich. cap. 2.*

Fateor me jam Christo credidisse, & in animum induxisse id verum quod ipse dixerit, etiamsi nullâ ratione fulciatur. Qui autem Christo etiam credendum negant, nisi indubitata ratio reddita fuerit, Christiani non sunt, *Idem de Util. cred. cap. 24. T. 6.*

Admissio semel in tantum autoritatis fastigium aliquò mendaciò, nulla illorum librorum particula remanebit, quæ non utcunq; videbitur vel ad mores difficilis vel ad fidem incredibilis, *Idem Epist. IIX. ad Hieron.*

Solis Scripturæ libris, qui Canonici appellantur didici hunc timorem honoremq; deferre, ut nullum autorem eorum scribendo errasse aliquid firmissimè credam, *Idem Epist. XIX. ad Hieron.*

Scio me aliter habere Apostolos, aliter reliquos Tractatores; illos semper vera docere, istos in quibusdam ut homines errare, *Hieronymus Epist. ad Theoph.*

in scriptura sacra quicquid docetur VERITAS: quicquid præcipitur bonitas: quicquid

quid promittitur felicitas est. Nam DEUS
 veritas est sine fallacia, bonitas sine malitia,
 felicitas sine miseria, *Hugo.*

Wie selig bist du doch/ Maria/ die du gläu-
 best

Des Allerhöchsten Wort/ und darbey vest
 verbleibest/

Denn ja des HERN Wort ein Wort
 der Wahrheit ist/

Das nicht beerügen kan/ und bleibe
 zu aller Frist.

Ex v. 46. & seqq.

Ut sacra virgo DE laudes ebuccinat ore:

Sic laudes Domini discere referre tui.

ORACULUM SACRUM XLIII.

Pf. XXXIV. 2.

TEXTUS EBRÆUS SACER.

אֲבָרְכָה אֶת יְהוָה כָּל־עַד
 תָּמִיד תְּהִלָּתוֹ בְּפִי:

Versio vulgata.

Benedicam Dominum in omni
 tempo-